PIUS PP. VI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Alias fel. rec. Innocentio PP. XII Prædri nro pro parte cla. me. Caroli II dum vixit, Hispaniarum Regis Catholici exposito, quod dudum rec. mem. Innocentius PP. XI. Prædr pariter noster Hospitali Innocentium nuncupat. Civitatis Ispalen. de alicuius subventionis auxilio providere volens, dto Hospli unam pensionem annuam Mille, et quingentorum Ducatorum monetæ Hispanicæ super fructibus, redditibus, et proventibus Mensæ Archiepalis Ispalen., quæ de Iurepatronatus ipsius Caroli Regis ex privilegio Aplico, cui non inveniebatur eatenus in aliquo derogatum esse dignoscebatur, ad Decennium tunc proximum tantum duraturam sub certis modo, et forma tunc expressis reservaverat, constituerat, et assignaverat, et alias, prout in ipsius Innocentii XI Prædris literis desuper sub Plumbo expeditis uberius dicebatur contineri; Et in eadem expositione subiuncto, quod decennii ad quod pensio pdta, sicut præmittitur reservata fuerat finis imminebat, nec tamen causæ, propter quas reservatio pensionis hujusmoi facta fuerat, adhuc cessaverant, eo probatque propterea idem Carolus Rex eandem pensionem ad aliud decennium prorogari, quemadmodum tunc existens Archiepus Ispalen. suum ad id consensum jam præstiterat, idem Innocentius XII Prædr supplicibus ipsius Caroli Regio nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, et attento consensu prorogationi hujoi a dicto Archiepo præstito, reservationem, constonem, et assignaonem pdtæ pensionis annuæ Mille, et quingentorum Ducatorum monetæ Hispanicæ hujusmoi super fructibus, redditibus, et proventibus subiectis ab ipso Innocentio XI. Prædre factas, ut ptur, ad aliud decennium ab ultimo die præcedentis decennii computand. sub certis modo, et forma tunc expressis, Aucte Aplica prorogavit, extendit, et ampliavit; Et subinde cla. mem. Clemens XI Prædr quoque noster reservationem, constonem, et assignationem hujoi pensionis pdtæ bis ad alios decem annos dumtaxat pro qualibet vice: Ac postmodum piæ mem. Benedictus XIII, Clemens XII, Benedictus XIV respective a decem in decem annos; Et denique Clemens XIII ad alios quatuordecim annos simili Aucte sub certis modo, et forma tunc expressis respve prorogarunt, extenderunt, et ampliarunt, et alias, prout in utriusque Innocentii, Clementis XI, Benedicti XIII, Clementis XII, Benedicti XIV, et Clementis XIII Prædrum nostrorum Pontificum literis desuper in simili forma Brevis expeditis, quarum tenores pntibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut Charissimus in Christo Filius noster Carolus earumdem Hispaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, ultimi quatuordecim anni ab eodem Clemente XIII Prædre ut ptur prorogati jam expiraverint, seu brevi effluxuri sint, indigentiæ vero dicti Hospitalis pro curandis infirmis adhuc de præsenti perdurent, ac proinde idem Carolus Rex dictam pensionem ad aliud Nobis benevisum tempus prorogari plurimum desideret, iamque Venlis Frater Modernus Archiepiscopus Ispalen. suum ad id consensum præstiterit, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur ipsius Caroli Regis desiderio hac in re quantum cum Dno possumus favorabiliter annuere volentes, ac dilectorum filiorum Modernorum Administratorum hujoi Hosplis singulares personas a quibusvis excommonis, suspensionis et interdicti, aliisque Eccliis sententiis censuris, et pœnis a jure, vel ab hoie quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolt innodatæ existunt, ad effectum pntium tm consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmoi supplicibus inclinati, de Venblium Frum nrorum S. R. E. Cardlium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, consilio, attento ejusdem Moderni Archiepi Ispalen. consensu jam præstito, reservationem, constonem, et assignationem supptæ pensionis annuæ Mille, et quingentorum Ducatorum monetæ Hispanicæ super fructibus, redditibus, et proventibus dictæ Mensæ Archiepalis Ispalen. Hospli pdto, et pro eo illius pdtis Administratoribus ab Innocentio XI factas, et ab Innocentio XII, Clemente XI, Benedicto XIII, Clemente XII, Benedicto XIV, et Clemente XIII prorogatas, extensas, et ampliatas, ut ptur respective, ad quatuordecim annos a fine ultimo dictæ prorogationis a Clemente XIII ultimo loco, sicut præmittitur factæ computan., servatis in oibus, et per oia supradictarum Prædrum nrorum literarum forma, et dispositione, Aucte Aplica tenore pntium prorogamus, extendimus, et ampliamus, salva tamen semper in præmissis Aucte Congronis eorumdem Cardinalium. Decernentes easdem pntes lras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Hospli, et illius Administratoribus pdtis in oibus, et per oia plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Aplici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctte scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus oibus, et singulis illis, quæ in dictorum Prædrum nrorum literis pdtis concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die V. Septembris MDCCLXXX. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Reg. do Fo 1658.

I. Card: de Comitibus

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

2

Nota

En vista de este Brebe expedido por S.S.d para el goce de una Pension de mil, y quinientos ducados de v.n anuales, por el tiempo de catorce años, sobre la Mitra de Sevilla a favor del Hospital de S.n Cosmes, y S.n Damian de aquella Ciu.d y de lo que sobre el mismo Brebe expuso y pidio el S.r Fiscal; ha reten.do la Cam.a en la forma ordinaria la clausula que trata de Jueces Executores, mediante a que en el caso de no cumplir el M. R. Arzbpo de Sevilla con el pago.t de la citada pension, corresponde el conocimiento a la Camara por recurso protectivo. = Y al mismo tiempo ha concedido la Camara el pase a este Brebe, y ha mandado se entregue para su uso a la parte del referido Hospital, poniendose la nota correspondiente.

Madrid à veinte, y tres de Noviembre de mil setecientos, y ochenta.

Juan Fran.co de Lastiri

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA ARCHIVO

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO